



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

Gratiarum actio post Missam,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

moriām Passionis Christi, & eum in cor  
suum per Communionem admittendi.  
Tertio, offerat Patri æterno pro se, &  
tota Ecclesia, quicquid tum fecit, tum  
passus est pro nobis Christus, triginta  
trium annorum spatio, nec à sui oblatio-  
ne defistat. Quartò, sibi aliisque ab ipso  
concedi petat, quicquid illi gratius fue-  
rit, & quicquid ab æterno sibi conferre  
disposuit, majorem sui ipsius custodiam  
statuendo imposterum.

**GRATIARVM ACTIO**  
*post Missam.*

**O**Dulcedo cordis mei & vita animæ  
meæ, & jucunda requies spiritus  
mei, dulcis JESU, immortales tibi ago  
gratias, pro omnibus beneficiis mihi  
collatis: signanter verò, quia hodie me  
dignum fecisti, verum & immaculatum  
Corpus & Sanguinem tuum pretiosum  
consecrare, pertractate, illudque tibi  
offerre in memoriam tuorum mirabili-  
um, ad tuam gloriam, & in remissio-  
nem omnium peccatorum tam meorum  
quam illorum, pro quibus orare, sacri-  
ficare, & offerre proposui, illoque in sa-  
larem

Iutem; & consolationem animæ meæ ci-  
bari & nutriti, quapropter verè dicere  
audeo, cibus meus Christus, & ego ejus.  
Multiplico ergo, & quotiescumque re-  
spiro, multiplicare intendo meam vo-  
luntatem in infinitum in tuis laudibus.  
Preco que Beatissimam Virginem, An-  
gelos, Sanctos, Sanctas, & Creaturas u-  
niversas pro me immensas tibi referre  
gratias: immò quia istæ minimè suffici-  
unt. Te supplico, ut tibi ipsi gratias age-  
re, te laudare, & glorificare complace-  
as: & quia dignatus es istam indigam,  
tuam tamen facere habitationem, digna-  
re quoque apud ipsam, perpetuam face-  
re mansionem: effice me hominem se-  
cundum cor tuum. Uni me tibi intime,  
& totum transforma, & transmuta in  
te. Salva me, JESU CHRISTE, & cu-  
Etiam à me hostis antiqui depelle nequi-  
tiam, per tuam innocentissimam passio-  
nem. Oro tandem ut digneris gratias,  
& indulgentias omnes, quas hoc sacri-  
ficio vel communione mediante acqui-  
rere & lucrari possum, concedere, tam  
mihi, quam aliis, vivis, & defunctis, qui-  
bus applicare proposui: quia te ipsum, &  
pro ipsis exoro pro quibus & tu vis, &  
san-

sanc*tissimus Pontifex intendit hac de  
causa me debere orare. Amen.*

*Praxis examinis conscientiæ.*

VIII. Et ut pius Sacerdos ordinatè procedat in examine conscientiæ suæ, præmix sequentem in quinque puncta distributam, religiosè observabit.

*Primum punctum erit. Gratias agere Deo.* 1. De beneficiis omnibus generali domine expressis. 2. De vocatione ad talem statum. 3. De hodiernis beneficiis, inspirationibus, & bonis operibus.

*Secundum Punctum erit, petere lumen.* Primo, Erubescendo, quod suaviter ineffabili Dei pietate præventus & adjutus, adeò malè diem transegerit. Secundo, Ut videat quomodo à fine illo, ad quem vocatus est defecerit. Tertio, Ut videat quid ab eo Domino maximè requirat.

*Tertium Punctum erit, Examinare primò, Quomodo proposita emendationis à præcedenti examine servaverit. Secundo, Quid singulis horis commiserit, omiserit, neglexerit. Tertio, An puram intentionem in operibus vitiaverit ratione*

